



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum
Spirituale**

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Suspiria amorosa ex Exercitiis beatæ Thrutæ sive Gertrudis Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

PIAN
PRECA-
TIONES.

83.

89.

116.

Melior est dies una in atriis
tuis super millia.

Repleti sumus manè miseri-
cordia tua, & exultavimus, & de-
lectati sumus omnibus diebus
nostris.

Laudate Dominū omnes gen-
tes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super
nos misericordia ejus, & veritas
Domini manet in æternum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiri-
tui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc
& semper, & in sæcula sæculo-
rum. Amen.

*In fine cuiuslibet Psalmi pos-
sunt addi hæc verba:*

Conclu-
sioncula
pro Psal-
mū.

DA Domine vivis veniam &
gratiam, da fidelibus defun-
ctis requiem lucemque sempiter-
nam. Amen.

SUSPIRIA AMOROSA

EX EXERCITIIS

BEATÆ THRUTHÆ

SIVE

GERTRUDIS VIRGINIS.

*Amorose
adpira-
tiones
quibus
sepe in a-
morem
Dei ac-
cendebat
sancta
Christi
sponsa
Gertru-
dis.*

OJesu mi chare! quando cor-
pus meum, te perimente, re-
vertetur in pulverem, & anima
mea refluet in te suam originem?

Quando in te, ô pax mea dul-
cissima, obdormiam, & requie-
scam, ut apertè contempler tuam
ineffabilem gloriam.

Quando plenè aspirabit mihi
mellifluæ divinitatis tuæ fra-
grantia, & exorietur tuæ mani-
festæ visionis dies sempiterna?

O quàm bonum est, dilecte mi,
te clarè videre, te habere, & in æ-
ternum possidere!

Eja, tu mihi concede, ut mise-
ram hanc vitam in tua gratia at-
que amicitia feliciter finiam.

In hora exitus mei benedic a-
nimæ meæ, & mortem meam in-
volve vitali morti tuæ, quæ est
charissimum fœdus, firmissimum-
que pactum recôciliationis meæ.

Tunc mitte ad me fidelem ad-
jutricem Mariam Virginem, Ma-
trem tuam amabilem, & Stellam
maris inclytam; ut conspecta hac
præclara rutilantiq; aurora, co-
gnoscam te Solem justitiæ mihi
jam propinquum esse.

Dictunc animæ meæ: Salus
tua ego sum; ego creator, redem-
ptor & amator tuus, per angustias
mortis quæsi vi, & acquisivi te;
semper mecum eris, noli timere.

Eja, tunc recipe me in beatam
domum æternæ pacis & clarita-
tis tuæ.

Ibi, ô salus mea unica, visu mel-
lifuluæ præsentia tuæ consolae
re me.

Ibi gustu charæ acquisitionis,
qua me redemisti, recrea me.

Ibi in spiramento suaviflui spi-
ritus tui attrahe & imbibere me.

Ibi per osculum perfectæ unio-
nis in perpetuam tui fruitionem
immerge me: ut vivam de te, &
exultem in te, tibi que hostiam

laudis reddam sine fine.

Amen.

VENE-